ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 85r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



sed temporem. & dicit eis; Ecce relinquetur uobis
domus uestra deserta; Fodit ergo isaac & no
uos puteos. immo pueri isaac fodiunt; pueris
isaac. matheus. marcus. lucas. iohannes.
Pueri eius sunt. petrus. iacobus. iudas. puer
eius est apostolus paulus. qui omnes noui tes
tamenti puteos fodiunt. Sed & pro his altercantur
illi qui terrena sapiunt. nec nouae condi patiuntur.
nec uetera purgari; Euangelicis puteis contra
dicunt. ✗ in omnibus litigant. dicitur ad eos; quoniam
indignos uos fecistis gratia dei. ex hoc iam ad
gentes ibimus; Post haec ergo fodit testium puteum
isaac. & appellauit nomen loci illius amplitudo
dicens; quia nunc dilatauit nos dominus. & auxit
nos super terram; Vere enim dilatatus est isaac
& auctum est nomen eius super omnem terram. cum ad
impleuit nobis scientia trinitatis; Tunc enim tantum
in iudea notus erat deus. & in israel nomen eius nominabatur.
Nunc autem in omnem terram exiit sonus eorum. & in finem
orbis terrae uerba eorum; Exeuntes enim pueri isaac
per uniuersum orbem terrae foderunt puteos. & aquam
uiuam omnibus ostenderunt. babtizantes omnes gentes.
in nomine patris. & filii. & spiritus sancti. Domini est enim terra &
plenitudo eius. Sed & unusquisque nomen quiuerbum dei

✗ apostolicis aduersantur; & quoniam in omnibus contradicunt.